

Incipiunt capitula libri iudicium.

- Q**uo iudas pugnavit contra ehananeum.
- De cineis et transgressione populi.
- De loco fleium.
- De othomiel.
- De apoth et sangar.
- De delora et barach.
- De gedione.
- De abimelech.
- De thola.
- De iepte.
- De atessam.
- De abilon.
- De abdon.
- De sampson.
- De micha.
- De uxore leuite.
- De ruth.

Incipit historia iudicium.

Iter iudicium hebraice sophytm dicitur quod iudices describit usque ad heli sacerdotem et ob hoc dicitur iudicium tanquam a materia. Videtur tamen quibusdam ab auctoribus sic nominatum. ut quasi cronice scribendo quisque iudicium tempus suum in actis redegerit. Quis autem in unum conpegerit: dubium est. dicunt quidam quod samuel alij quod esdras. verisimile videtur quod ezechias qui parabolas salomonis et librum regum in unum collegit. Si quod dicitur quare ioseph et moyses in iudices non anumerentur: dicimus quod non solum iudicaverunt populum. sed et repperunt. Ceteri vero in iuris in populo habuerunt. nisi quod in tribula

tionibus suis consilio et prudentia eorum populus utebatur.

Quo iudas pugnavit contra ehananeum.

Factum est post mortem ioseph consulit populus dominus per fines. Quis ascendet ad nos contra ehananeum et erit dux belli. Et dixit dominus. iudas non perfonam. sed tribum designans. Creditur tamen Caleph perfonam se populo. sed per modicitatem temporis nec rectoribus nec iudicibus anumeratus est et ait iudas symeoni. ascende mecum in sortem meam et pugna contra ehananeum et ego pergam tecum in sortem tuam. Non tamen legitur symeoniam postea habuisse sortem. sed adhaesit inde ut impleret quod per dixerat iacob de symeone et leui. Dividam eos in iacob et dispergam in israel. Ascenderuntque iudas et symeoni in bethel besech et percusserunt in eodem decem milia virorum comprehedentesque adony besech. id est dominum besech. adonay enim dominum sonat. incidereunt summitates manuum et pedum eius. Debre tamen sermo videtur sonare pollices. Quibus testis non est perdoneus homo ad arma ferenda et ait adony besech. Merito patior hoc. id ipsum enim fecerunt. huiusmodi regibus qui colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Et ascendentes in iherusalem percusserunt eam: terra detes incendio et reliquerunt ibi adony besech et mortuus est. Nec intelligendum est quod filij israel tunc habuerunt iherusalem in ditione sua: perimere expulso iebuseo hoc enim factum non est usque ad tempus dauid qui expulsi iebuseis sedebat in ea et transtulit eam de beniamin